

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6013

Auteur(s) : Guillaume, fils de Richard Colombel d'Épaignes [particulier]

Bénéficiaire(s) : Michel, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1158

Lieu d'émission : Les Préaux

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume, Raoul et Robert, fils de Richard Colombel d'Épaignes, accompagnés de leur mère Helvide et de leur sœur Adélaïde, ont donné à l'abbé Michel, à l'occasion de l'entrée au monastère du jeune Gilbert, dernier fils de Richard Colombel, sept acres de terre jouxtant le chemin de Beaumont, près du verger appelé Hoel, et les ont déposées sur l'autel par un candélabre. L'abbé Michel et les prêtres présents ont excommunié quiconque tentera d'usurper ou d'échanger cette terre contre une autre. Le lendemain, Robert d'Omonville, seigneur de cette terre, a concédé le don et l'a déposé sur l'autel.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° A94, p. 90-91.

Indications

Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 44. Caresme Anatole (Abbé), Charpillon, *Dictionnaire historique de toutes les communes du département de l'Eure*, Les Andelys, Delcroix, 1868-1879, 2 vol., t. 2, p. 33.

Texte établi d'après a

Anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo dominice Incarnationis, regni autem Henrici regis junioris quarto, Michaelae abbate regimen ecclesie Sancti Petri Pratelli tenente, Willelmus et Radulfus atque Robertus, filii Ricardi Columbelli de Hispania, cum Helvide, matre sua, et sorore, nomine Adelaide, com aliis quampluribus de vicinio eorum venientes Pratellum, adduxerunt secum Gislebertum puerum, filium videlicet predicti Ricardi Columbelli atque Helvidis, prefatum abbatem Michaellem totumque conventum monachorum humiliter requirentes ut de eodem Gisleberto puero facerent monachum. In qua etiam petitione sua septem acras terre, si puer in monachatu reciperetur et de pannis ecclesie vestiretur, libentissime obtulerunt. Que terra sita est juxta cheminum, id est viam, quod ducit Bellimontem in uno quoque loco ad virgultum quod vulgo dicitur Hoel. Quod cum abbas totusque conventus audisset, petitioni parentum predicti pueri annuerunt et eundem de proprio ecclesie vestientes monachum fecerunt. Tunc parentes ejus, mater scilicet prima et post eam tres filii sui et filia, terram, de qua locuti sumus, super altare Sancti Petri Pratelli per candelabrum posuerunt, signum crucis in testimonium hujus doni facientes. Quo facto, abbas et omnes sacerdotes, qui ibi aderant multi, com pluribus laicis ex auctoritate Dei patris

omnipotentis omniumque sanctorum excommunicaverunt omnes illos qui ab illa die prefatam terram ecclesie sancti Petri auferrent vel aliquid de ea minuerent sive pro ea aliam terram excangiarent. Et responsum est ab omnibus ibi astantibus una voce : « Fiat, fiat, amen, amen ».

In crastino autem venit Robertus, filius Osberni de Osmundivilla, de cujus feodo erat ipsa terra, et concedens etiam ipse, posuit eam super altare sancti Petri. Testes ex parte abbatis : Godefridus ; Hunfridus et Ricardus, filii Rogerii Enbulgebien ; Hunfridus Fruissart ; Rogerius de Quoquina et Willelmus Nurrieth, filius ejus ; Sanson, filius Hunfridi Cauvin ; Gaufridus, filius Herberti filii Rainoldi ; Willelmus, marescallus ; Henricus de Inferno ; Tustinus Male doctus ; Radulfus filius Gulberti ; Osmundus A la teste ; Radulfus, filius Herberti Barbati ; Willelmus Folet ; Odo de Bosco Osberni ; Geroldus de Bajocis et duo filii ejus, Saffridus et Gislebertus ; Adam Malparti ; Theodericus, cementarius ; Robertus Oisum ; Osbernus del Festu ; ex altera parte : Willelmus, Radulfus et Robertus, fratres predicti pueri ; Helvidis, mater eorum, et Adelaidis, soror ; Robertus Magnus de Osmundivilla ; Erengerius Popart ; Henricus de Hispania ; Hugo de Hispania ; Robertus Parvus de Osmundivilla ; Ricardus Pantin ; Sanson, filius Radulfi de Hispania ; Robertus Galetot ; Gaufridus de Berengierville ; Robertus d'Alenchevilla ; Andreas de Bosemuncel.